Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ORATIONES

dicenda ab Episcopo quando in Pontificalibus celebrat.

Ad Caligas.

CAlcea, Domine pedes meos in præparationem Evangelij pacis, & protege me in velamento alarum tuarum.

Cùm exuitur cappa.

EXue me, Domine, veterem hominem cũ moribus, & actibus suis: & indue me novũ hominem, qui secundùm Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis.

Cùm lavat manus.

DA Domine virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam imũdam: ut sine pollutione mentis & corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum.

PONe Domine, galeam salutis in capite meo, ad expugnandas omnes diabolicas fraudes, inimicorum omnium versutias superando.

Ad Albam.

DEalba me, Domine, & à delicto meo munda me: ut cum his, qui stolas suas dealbaverunt in Sanguine Agni, gaudijs perfruar sempiternis.

Ad Cingulum.

PRæcinge me, Domine cingulo fidei, & virtute castitatis lumbos meos, & extingue in eis humorem libidinis ut jugiter maneat in me vigor totius castitatis.

Cùm accipit crucem pectoralem.